

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1925

I. Passio SS. Narsetis Et Ioseph Et Martyrum Garamaeorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

A De sanctorum vita et exitu haec narrantur: Οὗτοι οἱ ἄγιοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὅμολογὸν κρατηθέντες παρὰ τὸν βασιλέων Περσῶν καὶ πολλὰ τιμωρηθέντες καὶ μὴ ἀρνήσαμεν τὸν Χριστὸν ἀλλ᾽ ἐλέγαντες τὴν τῶν Περσῶν πλάνην καὶ ματαστήτην, προστάξει τοῦ τυράννου ἐλαυθοβόλησθαν, καὶ οὕτως ἐτελώθησαν σὺν τῷ ἄγιῳ Ὁρᾷ τῷ ἀσκητῇ. In codice Sirmundiano, qualitudo tantum nominantur, Iohannes, Sapor (Sabatius), Isaac el Papias, ποεσθέτοι κομψατίσσοντες πόλεως Βηθσαλωχόν (1). Ceterum eorum historia, si haec historia dicenda est, eadem est quam paucioribus verbis conclusam modo recitavimus. Hanc si notaveris insertam esse inter elegia S. Narseti et S. Boethazal eunuchi, et cum eadem coniunctam fuisse mentionem S. Vahunam pueri (2), luce clarius iam cernitur synaxarium SS. Iohannis, Saporis et sociorum saturam esse ex catalogo martyrum Garamaconorum et ex Passione SS. Saporis et Isaac imperitissime commixtam.

*Eius
auctoritas
nulla.*

45. *Hagiographus Edessenus certamen SS. Saporis et Isaac* referit ad annum Saporis trigesimum, qui fuit a Christo nato 338-339, et toto biennio cruentata persecutionis initium antecessit. Aut igitur pro anno trigesimo Saporis legendus est annus trigesimus persecutionis Saporis (3), aut in numero annorum, quod alias toties accidit, erraverunt librarii, aut peius etiam quid hic suspicandum est. Nempe codex Vaticanus syrus 161 idem est qui martyrum orientalium laudationes historicas a Marutha Tagriti episcopo perscriptas fuisse mentitur (4). Quis igitur se moveri sinat, cum in eodem volumine notam temporis reperiat quae haud minus aperte falsa sit? Quod si reapse

— (1) *Ibid.*, p. 243.— (2) Cf. *supra*, num. 11, 24, 22, pp. 414-15, 418-419.— (3) Cf. *supra*, num. 29, p. 420. Hic tamen annus emortualis esse posset aut Saporis aut Isaac, non utriusque, ut modo dicetur. — (4) Vide *supra*, num. 1, p. 411. — (5) Cf. G. Van Hooff, in *Comm. Praeav. ad Acta SS. Acindyni et socii*, num. 16; *Acta SS.*, Nov. t. I, pp. 449-50. V. d. Anscharius Braun, in *sobria illa et docta disquisitione quam superius laudavimus*, num. 9, p. 414, negat *Passiones martyrum Saporis edito antiquiorum illas haberet*.

Passionis ipse compositor eam astruxit, in hac etiam ut in ceteris multis nugatorem se prodidit. S. Sapor et S. Isaac, qui ambo sedis eiusdem episcopi fuerunt, eodem tempore non potuerunt martyrio coronari, sicut iam superius notatum fuit; et si quid indicia maxime probabilia suadent, neuter illorum passus est ante crueliam persecutionem quae mense aprilii anni 341 erupit, et fortassis ne ante annum quidem 343, quo S. Narset, episcopus Sahragarth, primus in Garamaea videtur martyr occubuisse. Umbras igitur captaverunt viri docti, qui, neglectis probatioribus documentis in quibus SS. Saporis et Isaac memoria servata est, eorum fabulosa Passione usi sunt ut Saporianae persecutionis exordia statuerent, aut generali edicto minores aliquot caedes praecessisse conicerent (5).

46. In rubricato lemmale quod Passioni praescriptum est SS. Sapor, Isaac et socii quiescere dicuntur Edessae, intra muros, in martyrio novo. Utrum hoc nomine significata sit aliqua ex ecclesiis Edessae, quae *"Nova"* dicebatur inde a tempore quo reapse nova fuit, an proprium sacellum sanctorum martyrum nomini dedicatum, concicem obfusum est. Edessae iam saeculo VI tot extabant ecclesiae, martyria, sacella, sacraria (6), ut vix discerni nunc possit ad quas aedes referantur mentiones rarae illae quidem et obscurae, quae posteriori aetate in libris passim reperiuntur.

47. In edenda *Passione*, viam tenuimus quae superius, num. 2-4, indicata fuit. Variae lectio-nes quas ex Bedjan recipere visum est littera B notatae sunt.

AUCTORE
P. P.

*Sancto-
rum
ecclesia
Edessena.*

*Editionis
ratio.*

praeter Acta fabulosa sanctae Mahducht et sociorum (cf. supra, num. 28, p. 420) et Acta non minus insulsa SS. Ionaet Barachisi (BHO, 531, BHG, 942-943); Ausgewählte Akten persischer Märtyrer, p. VIII; cf. LABOUR, *Le Christianisme dans l'empire perse*, p. 78. Ad haec adiungenda erat Passio SS. Saporis et Isaac, cuius meminit Labour, ibid., p. 74. — (6) Cf. A. BAUMSTARK, *Vorjustinianische kirchliche Bauten in Edessa*, in *Oriens Christianus*, t. IV (1904), p. 146-83.

I. PASSIO SS. NARSETIS ET IOSEPH ET MARTYRUM GABAMAEORUM.

E codice Vaticano syr. 160 (= **V**), collato apographo codicis Amidensis ad fidem editionis Pauli Bedjan (= **B**). Cf. Comm. praev. num. 2-4.

Passio Narsetis episcopi et Ioseph eius
discipuli ex urbe Sahraqarth¹ in Garamaea.

የዕለታዊ የስራ ማረጋገጫ እና በአዲነ የሚከተሉት ደንብ በመሆኑ የሚከተሉት ደንብ በመሆኑ

1. Anno quarto (1) persecutionis nostrae, cum Narses et
ipse rex in regione adesset, comprehensus est Joseph

Lemma. —¹ وَنَعْصَمْ بـ; cf. supra, Comm. praev. num. 3. —² لِيَوْنَا V; يِنْجُونَا. لِيَوْنَا B.

1. —¹ L₁₀₀₁₂₂, V.

Lemma. — ¹ Šahrqadath V.

(1) Vide Comm. praev. num. 9, supra, p. 414.

Novembris Tomus IV.

PASSIO
NARSETIS
ET JOSEPH

Narses Sahrqarth¹ (1) urbis episcopus cum Ioseph eius discipulo et coram rege producti sunt². Qui eos conspicatus, beato Narseti dixit: « Quam veneranda decoraque est senectus tua, et quam florens iuventus discipuli tui. Me miseret pulchritudinis vestrae; quae utinam ne cruenta nece pereat et ad inferos misera morte dilabatur. Quin potius mihi morem nunc gerite; divum solem adorate; atque donis ac muneribus vos honestabo. Plurimum quippe me delectat decor aspectus vestri et suavitatis³ perflat concinnitatis vestrae. » Respondit ei sanctus Narses et dixit: « Blanda haec oratio tua nobis graviter molesta est, adulacionesque tuae fraudulentiae sunt ac fallaces; quandoquidem tibi animus est e nostro gradu atque dignitate nos deicere in ignominiam huius mundi fucati et instabilis, in quo ipse gloriaris, quasi tibi totus esset datus tuque illi solus imperitares. Neque intellegis Eum a te dilabi, quasi somnium nocturnum et instar praetervolantis umbrae fugere neque umquam consistere. Ego autem senex sum octoginta natus annos, per quos omnes Deum unicum et verum religiose colui. Neque mihi nunc contingat, ut foedus observanti foedus frangam, meam ab eius fide fidem divellam, et solem, quem ipse creavit, adorem atque colam. »

*a Sapore
primum
blanditiis*

2. Rex autem dixit iis: « Infesta hora ad
me advenisse videmini; nam temporis nec puncto
nec spatio divido a morte vitam vestram nisi
praecepto meo parueritis. » Cui rursus Narses:
« Etiamsi, rex, in tua esset potestate, ut nos oc-
cideres et vitae redditos septies iterum necares,
a Deo tamen nostro non descisceremus, neque F
mandatum tuum exsequeremur. » Extemplo senti-
entia in eos dicta est, qua eorum capita gladio
praecidi iubebantur. Erat autem rex in statio-
ne (2) quae vocatur Saphtha (3).

3. Cum igitur illi ex castris educerentur, multi homines cum iis egressi sunt ad cernendum quomodo¹ interficerentur. Ut ventum est ad locum spectante populo

² میں بھی B. — ³ میں B. — ⁴ میں B.

2. — ¹ *om.* V; *supplev.* B. — ² *et* *l:* *oo*, B. —

³ 2/40, B. — ⁴ 111 B. — ⁵ 111 B. — ⁶ (111)

3. — ۱ بـ B

1. —¹ Šarhqadath (?) V. —² productus est V.

— ³ aura (suavis) V
3. — ¹ ubinam B.

— 3. — abdullah B.

...
...
...
...
...

(1) Vide Comm. *prae*v. num. 6, supra, 413. — (2) *Ibid.*, num. 7, supra, p. 413. —

(3) Ibid., num. 5, supra, p. 412.

ubi occidendi erant, Narses, arrectis oculis respexit multitudinem que illos circumstabat. Quem compellans Ioseph: « O venerande senex, inquit, quare hanc turbam intueris, in qua omnes, arrectis in te oculis, (exspectant) donec eos in domos suas dimittas et ipse ad tua digrediari? » Tunc senex hilari vultu Iosephum cum admiratione respexit, et accedens eum osculatus est, atque dixit: « Beatus es, integerrime Ioseph, quoniam mundus te fraudibus suis non circumvenit; sed cum gaudio, reiecta facie, angustum regni portam ingressus es. » Dein prior ex amboibus occisus est Ioseph, et post eum senex ille inclutus. Coronati sunt sancti illi mense tres posterioris, die decimo secundum lunam (1)

PASSIO
NARSETIS
ET JOSEPH

*gladio
feriuntur.*

4. Iohannes (2) episcopus Chirchaseleuci occisus est in pago Beth-Haşin (3), iubente Artaxerse Adiabene rege.

5. Sapor (4) episcopus Chirchaseleci, plagis confectus, obiit in carcere. Dixit porro idem rex Adiabenae : « Abscidite illi caput, et istud ¹ mihi afferte, quod ipse videam. » Istis enim non fidebat. Qui abscederunt illius caput eique allatum ostenderunt.

6. Isaac (5), episcopus (oppidi)¹ Chirchaseleuci, lapidibus obrutus est in statione Nicatorio (6), ab ingenuis (hominiis) civitatis, nomine quidem christianis, quos (ad id) Adiabenae rex adegerat.

7. Isaac (7), presbyter pagi Hulsar, lapidibus *presbyt*
obrutus est extra Chirchaseleucum, iubente F
Adargušasp archimago.

8. Papas (8), presbyter pagi Helmin, in pago
Gelal¹ occisus est, iubente Adiabenae rege.

9. Vahunam (9) puer Deo mancipatus in *religiosus*,
pago Gazak¹, lapidibus obrutus est a nobilibus

² Sic B: ³ V. — ⁴ add. B. — ⁵ Hic in B additum est lemma: ⁶

$\text{B.} = ^1 \text{B.} + \text{V: } om. \text{ B.} = ^2 \text{B.} + \text{B.} = ^3 \text{B.}$

5. — ¹ sic B; ² V. — ² (μοι) sic B. — ³ (οὐδείο) οὐδείο B.

6. — ¹ *la:zə* B.

7. — ¹ ~~प्राप्ति~~ B.

8. — ¹ B.

9. —¹ ~~the~~ B. —² ~~the~~, add. B.

(1) *Ibid.*, num. 10, *supra* p. 414. — (2) *Ibid.*, num. 14-17, *supra*, p. 415-17. — (3) *Ibid.*, num. 17, *supra*, p. 417. — (4) *Ibid.*, num. 18, *supra*, p. 417, et *Passion. SS. Saporis et Isaac*, *infra*, num. 2-4, p. 430-32. — (5) *Vide Comm. praev.*

num. 19, supra, p. 417. — (6) Ibid. et num. 41, p. 424. — (7) Comm. praev. num. 20, supra, p. 417. — (8) Ibid., num. 21, supra, p. 418. — (9) Ibid., num. 22, supra, p. 418.

5 — $\frac{1}{m}$ V

6. —¹ in oppido (Chirchaseleuco) V.

^{8.} —¹ arce Ga' al B ; cf. *Comm. praev. num. 21.*

9. —. Ganzac B(?) ; cf. Comit. præv. Namur.

14. Tatum (1) monialis, Mama monialis, Ma-
zachia monialis, Ana monialis ex (oppido) Chir-
chaseleuco, ibiente oppidi archimago interfec-
tae sunt extra moenia in loco¹ qui Haura dicitur.
Ex earum sanguine fieus orta est quae per
multos annos vitam² sanitatemque largita est,
donec invidia moti Manichaei flagitosi eam ex-
stirparunt. In quos immissus est leprae spiritus
eosque divexavit, ita ut ipsi confiterentur quam
ob causam hoc sibi accidisset. Et in eos editum
est³ ingens prodigium.

15. Abiath (2) monialis e Garamaea regione, Hattaī monialis e Garamaea regione, Mamlacha¹, monialis item e Garamaea regione, iubente Sapore rege interfectae sunt, cum ipse rex in ea regione adesset.

16. De illis autem, quantum historia nobis suspetebat, haec litteris mandavimus.

14. —¹ **نَفَادِي** B. —² (نَدَادِي، نَدَادِي) *sic* B.
B. —⁵ **رُو؟** *add.* B. —⁶ **نَادِي** B. —⁷ **نَادِي** B.
15. —¹ **نَادِي** B. —² **نَادِي** B.
16. —¹ **|نَادِي**, *prius* V; ² **نَادِي** *eras.*

14.—¹ in benedictione V (?) ; cf. *Comm. praev.*
num. 36. — ² gratiam B. — ³ et sibi visum es-
set V; quod iis visum est B (var.)

(1) Ibid., num. 34-37, p. 421-23. — (2) Ibid., num. 38, p. 423.

II. PASSIO SS. SAPORIS ISAAC ET SOCIORUM

E codice Vaticano syr. 161, collato apographo codicis Amidensis (= B) ad fidem editionis
¶ Pauli Bedjan. Cf. Comm. praev. num. 3-4, 47. F

Lemma. — ¹ ~~و~~ B. — ² ~~و~~ ~~و~~ add. B.

Passio Saporis episcopi Nicatorii (1), Isaac
episcopi Chirchaseleuci, Maanae, Abraham
et Symeonis, qui passi sunt tempore Sapo-
ris regis Persarum; nunc autem sunt Edes-
sae in martyrio novo. in urbe interiore.

1. Anno trigesimo (2) regni Saporis, regis Persarum, (ad eum) adeuntes magi Nazarenos criminati sunt, regique dixerunt: « Non possumus solem colere, aut aerem eliquare, aut aquam purgare, aut terram expiare propter Nazarenos

(1) Beth-Nigator; vide Comm. praev. num. 19, supra, p. 417. Codex Amidenus, hic et inferius: *Beth-Nigador*; alter in *Passions SS. Narsetis et Ioseph*, § 5, supra, p. 427.—(2) Vide Comm. praev. num. 45, supra, p. 425.